1517.

1033

# Thomicius Episcopus ViceCancell.^{us} Fabiano Episcopo Varmiensi —

307

Reverende in Christo Pater etc. Egritudine usque huc detenti, non potui:
:mus hoc toto tempore Vestre R.^{mae} P.^{ti} scribe:
:re, verum jam gratia Dei sani facti; non
pretermisimus id quod officium benivolen:
:tie nostre mutue, et mee observantie
exposcit —

De rebus P.^{tis} Vestre, quod
M.^{tas} Regia fieri jusserit, cognoscet ex
literis sue M.^{tis} Orator Cesaree M.^{tis} mi:
:sit huc ex Moschovia Nepotem suum pe:
:tens nomine Domini sui M.^{tem} Regiam
et persvadens impense, ut mittat illuc Nun:
:tios suos, ad Pacem tractandam, signifi:
:cans Illum Ducem velle honestas Con:
:ditiones suscipere, M.^{tas} sua non habet
hunc animum faciendi. Tamen cum D.^{ni}
convenient, nescimus quid statuent, quid:
:quid erit scribemus posthac Vestre P.^{ti}. Que
feliciter valeat, et nos diligat —

Ed